

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Fama m
cum fonte primo

Templum Dyane Effisi decus

adeo magnificum Xerses,
cum omnia Assiatica templa igni daret, huic uni pepercit.
Sed hec Xersis clemencia sacras edes non diu a malo uendicauit.
Nam Herostratus, ut nomen memoria sceleris extenderet,
incendium fabrice nobilis manu sua struxit.
Requisitus cur hoc fecisset, respondit:
Voto adipiscende fame latioris.

Solinus de mirabilibus mundi et situ terrarum.

Ephesus in ea urbs clarissima est:

Epheso decus templum Dianae,

Amazonum fabrica,

adeo magnificum, ut Xerses,

cum omnia Asiatica templa igni daret, huic uni pepercerit.

sed haec Xerxis clemencia sacras aedes non diu a malo vindicavit:

namque Herostratus, ut nomen memoria sceleris extenderet,

incendium nobilis fabricae manu sua struxit,

sicut ipse fassus est,

voto adipiscendae famae latioris.

Gaius Iulius Solinus, *De mirabilibus mundi*, 1.40.2-3

(T. Mommsen ed., 1895, p.166, ll.7-13).